



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae a Villanova, Cognomento Eleemosynarij

Romae, 1658

Marcus Antonius Tituli Sanctae Mariae de Pace Cardinalis Franciottus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

fructum, hinc non absque Diuino consilio factum existimo, quod intra centum annorum spatium, ex quo in Domino obdormierat, præ multis alijs antiquioribus Dei seruis, & Beati meruerit obtinere titulum, & si infallibile S.^{us} V.^{us} iudiciū accesserit, Sancti denominatione decoretur. Quod ritè iureque fieri posse censeo, vt sic tanquam lucerna in caliginoso loco luceat omnibus, nosque imitari non pigeat, quem celebrare delectat.

Videricus tituli Sanctæ Anastasiæ Cardinalis Carpineus.

Beatum Thomam de Villanoua, qui in sæculo ab ineunte ætate, non exigua sanctimonix luce coruscavit; qui assumpto religiosæ vitæ instituto sub Regula Magni Patris Augustini, ita omnibus morum disciplina, & eximijs virtutibus præluxit, vt videretur quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne; qui in Archiepiscopali dignitate, quam inuitus accepit, quasi Sol refulsit in Templo Dei; in quem intuentes Ecclesiarum Pastores, omnesque Ecclesiastici viri heroicarum splendore virtutum obstupescunt, & inaudita charitatis ardore inflammantur; dignissimum esse, Beati simè Pater, qui Ecclesiæ Catholicæ, vniuersæque Mundo splendeat è Cælo, voce tua in numerum Sanctorum coopertus, iudico; sciantque omnes, & credint, eum, qui, præsertim amore pauperum, nec sibi letalium, in quo moreretur, reliquit, domum iam habere ditissimam, non manufactam, æternam in cælis.

Marcus Antonius Tituli Sanctæ Mariæ de Pace Cardinalis Franciottus.

Vt à Diuina in Terris Sapientia enunciatum accepimus, duo sunt, quibus Christiana perfectio præcipuè nititur, atque concluditur: amor in Deum; & in proximum quemque benivolentia. Vtrumque egregiè præstitit Beatus Thomas de Villanoua: alterum studio precum maximo, commodorum nullo

estimatione rerum coelestium, contemptu humanarum, imple-
nit; alterum verò, vt quisquam maximè, exhibuit accuratissimo
Pastoralis muneris vsu, & sudoris, atque auri profusione inexhau-
sta; dum his, aut vitio pararet bellum, aut virtuti præsidium.
Vt propterea ei maximè deceat per Sanctitatem Vestram sum-
mos decerni honores, cuius summas constat fuisse virtutes, cum
præsertim monuerit nos Christus Dominus; ne lucernam, que
virtus Sanctorum est, in abscondito habeamus, sed palam; vnde
illa miraculis illustret, virtutum exemplis etiam accendat Ec-
clesiam.

Vincentius tituli Sancti Clementis Cardinalis Maculanus.

EX relatis in hoc veritatis Senatu, iustum videtur, vt Beatus
Thomas Archiepiscopus Valentinus, ex Ordine Eremita-
rum Sancti Augustini assumptus, quem Deus copioso gratiæ suæ
dono aduersus Diaboli, Mundi, & Carnis tentationes protexit,
ad heroicum virtutis culmen extulit, plebi suæ afflictissimis tem-
poribus in subsidium dedit, gloria miracolorum toti Orbi mani-
festauit; in albo Sanctorum Confessorum, solemnî Canonizatio-
nis ritu, conscribatur: vt omnis caro confiteatur Domino, quo-
niam bonus, & non continet in ira sua misericordias suas, dum
nostris exigentibus peccatis, visitat nos in virga furoris sui ex
vno, ex altero nos munit nouo auxiliatore: Hostes nostros
permittit, qui luctuosa tempora excitent, & Amicos suos mul-
tiplicat, qui Ecclesiam exhilarent. Benedictus Deus, qui fecit no-
biscum misericordiam hanc maximam.

Nicolaus tituli Sanctæ Mariæ Angelorum Cardinalis Ludouisus.

Beatum Thomam de Villanoua Coelitibus olim adiunctum,
Beatissimè Pater, incredibilis illa ab ipsa infantia ad vlti-
mum vsque spiritum, in pauperes miseratio, Zelus, & ardor,
tum